Pinna marina mediocris extremitate flabelliformi ſubrotundata leviter ſtriata, ſtriis ſtatim â principio in cono ipſo quaſi ramoſis, partim in imbrices tenuiſſimos ſquamis elevatis ſimiles, partim in tubulos non omnimodè clauſos in ſua extremitate abeuntibus luridè rufeſcentis coloris, cum byſſo ſua extra valvas pendente ê latere cardinis harmoniâ et ligamento marginali clauſi, pars externa ſeu convexa cum multiplici foetura minimâ Oſtreorum tubercula tenuiſſima referente hinc inde referta.



Conus infimus eiuſdem Pinnæ quaſi quadratus, et acuminatus cum nitore margaritarum albeſcens, et deſcripta byſſo extra pendente ê parte convexa repræſentatus.